




Antiphona: O amabilis Virgo (dom. ad noct.) – Ps 2.



2. Astitérunt reges terræ, † et principes convenérunt in unum advérsus **Dóminum**, * et advérsus *christum eius*.
3. Dirumpámus víncula eórum, * et proiciámus a nobis iugum ipsórum.
4. Qui hábitat in cælis irridébit eos, * et Dóminus subsannábit eos.
5. Tunc loquétur ad eos in ira **sua**, * et in furóre suo conturbábit eos.

6. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion, montem *sanctum eius*, * *prædicans præceptum eius*.
7. Dominus dixit ad me: Filius *meus es* tu; * ego hodie *genui* te.
8. Postula a me, et dabo tibi gentes *hæreditatem tuam*, * et possessionem tuam *términos terræ*.
9. Reges eos in *virga férrea*, * et tamquam vas figuli *confringes eos*.
10. Et nunc, reges, *intelligite*; * erudimini, qui iudicatis *terram*.
11. Servite Dómino *in timóre*, * et exultate ei *cum tremóre*.
12. Apprehendite disciplinam, nequándo irascatur *Dóminus*, * et pereátis de *via iusta*.
13. Cum exarserit in brevi ira *ejus*, * beati omnes qui *confidunt in eo*.